

» alios decem dies a dicta ratificatione immediate sequentes, dicto
 » comuni Florentie seu procuratori vel nuntiis comunis ipsius, et ea
 » dictum comune Florentie recipere debeat vel facere recipi, omni
 » malitia et exceptione remota. Que omnia et quodlibet eorum ac
 » dominium, tenutam, potestatem, bailiam, possessionem et jurisdic-
 » ctionem ipsorum et cujuslibet eorum cum omnibus districtibus,
 » burgis, fortiliiciis, jurisdictionibus et pertinentiis suis, dictus ma-
 » gister Franciscus procurator et procuratorio nomine dicti domini
 » Mastini et pro eo et dicto domino Alberto ex nunc prout ex tunc
 » dedit, tradidit et concessit, ac dat, tradit et concedit et libere et
 » expedite dimittit dicto comuni Florentie seu dictis syndicis et
 » procuratoribus et michi notario, stipulantibus et recipientibus
 » nomine comunis ejusdem.

1399 » Item quod dictus dominus Albertus de la Scala, datis et assi-
 » gnatis civitate Tarvisii et aliis castris, terris et locis, que dari et
 » assignari debent per dominum Mastinum de la Scala dicto duci
 » et comuni Venetiarum ac comuni Florentie libere relaxetur et
 » conducatur salvus et liber ad civitatem Verone vel Vincentie, sicut
 » melius pro honore et securitate sua videbitur (1) expedire.

1400 » Item quod omnes alii tam nobiles quam alterius conditionis
 » carcerati et detenti, ubicumque, qualitercumque et quomodocum-
 » que per partes et per dominum Ubertinum de Carraria et comune
 » Padue, et in civitate etiam Parme, a tempore dictę guerre citra,
 » et occasione ipsius guerre seu pro aliqua suspesctione vel odio,
 » debeant libere relaxari.

1401 » Item quod domini Albertinus et Mastinus predicti remaneant
 » et sint liberi domini civitatum Verone, Vincentie et Parme et
 » suorum districtuum, salvis capitulis loquentibus de facto domino-
 » rum de Rubeis et amicorum suorum et de facto domini Vivarii
 » et amicorum ejus, ac locorum Vincentini districtus et aliorum in

(1) Qui è un poco guasta la pergamena, ed ho supplito colle indicate parole, che ben facilmente ci vengono indicate dal senso.